venientes temploria fixerunt castella
lucentium indebite devastando non
recordantes unde sumpsit florentia
nomen et ethimologie luce potentis. Lu-
centes vero venientes iuxta flumen
sarni castra locaverunt ut ferebatur
hoc pretextum quod non posset a
florentinis promissio serviendi
cum honore negari.

His igitur per legatos lucentium
florentia relatis denuo postulan-
tes auxilium et asserentes cum
exercitus utriusque partis non
per miliare distarent separatio-
nem esse non posse sine periculo
pisanorum et honoris et rerum
amissione. petebant diem certam
ut diuturni florentini mores ex-
postulant assignari. quibus propositis
allegatis dominans dixerit litteras
pisas in hunc modum:

Sapienti viro pisane potestati
D. Dei gratia florentinorum potestas.
Percepimus pluribus referentibus